



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 7. Fridericus Rex Romanorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66406)

Sæcul. XIII.
A.C. 1212.

§. VII.

Fridericus Rex Romanorum.

Chron. Fossæ
nov. 1211.
1212.
Abb. Ursp.
p. 319.
Chr. Godef.
1211. 1212.

Inter hæc Ottoni Imperatori redduntur literæ, quibus nunciabatur; Germanos, a se deficientes, Fridericum Siciliæ Regem, Imperatorem elegisse, eique misisse Legatos, qui coronam offerrent. Accepto tristi nuncio, Otto, relicta Italia, ante Quadragesimam anno millesimo ducentesimo duodecimo in Germaniam remeavit. Fridericus quoque, suscepto in Germaniam itinere, die decima septima Martii, hoc anno in Sabbato Palmarum, Beneventum pervenit. Inde Romam petiit, ubi a Papa, qui eum eligendi Principibus auctor fuerat, magno gaudio, & liberali hospitio cum omnibus suis exceptus, deinde Genuam usque itinere maritimo deductus est. Ipsumque peragrata Longobardia, per vallem Tridentinam in Germaniam penetrantem Episcopus Curiensis, & S. Galli Abbas Constantiam comitati sunt. Obvium se se intulit Otto cum exercitu; sed viribus inferior in Saxoniam rediit. At Friderico, Moguntia ad Festum S. Andreae Comitibus celebratis, multi Principes fidem jurando præstiterunt.

Innocentius vero Papa, ut Ottonis desertoribus animum adderet, datis literis, Archiepiscopos Moguntinum & Magde-

Magdeburgensem, Sacrae Sedis Legatos, Saecul. XIII. A.C. 1212.
 per totam Germaniam districte iussit
 praecipere, ne quis ab Ottone, quem Ty-
 rannum appellat, officiis vel beneficiis
 illorum, qui ab ipso defecissent, inve-
 stiri se patiat, nisi eodem excommu-
 nicationis vinculo involvi velit. Haec
 Epistola die quarta Aprilis anno millesi-
 mo ducentesimo duodecimo data est.
 Altera die Papa, literis ad Episcopum ibid. ep. 31.
 Taurinensem & Praepositum S. Gauden-
 tii Novarrae datis, nullam declaravit
 sententiam, ab Ottone latam in Episco-
 pum Comensem, qui in causa peculiari
 ad Curiam Imperatoris vocatus non ve-
 nerat; *quia, inquit Papa, Excommuni-
 catus nulla jurisdictione gaudet.*

§. VIII.

Vita S. Francisci.

Sanctus Franciscus, approbatione Insti-
 tuti sui ab Innocentio Papa impetra-
 ta, viam, quae ad vallem Spoletanam
 ducebat, ingressus, magnam fiduciam,
 tanta munitus auctoritate, concepit. In Sup. Lib. LXXVI. p. 55.
 itinere cum sociis disputabat; qua po-
 tissimum ratione Regulam suam fidelis-
 sime servarent, in via ad perfectionem Bonav. c. 4.
 semper progredierentur, aliisque virtu-
 tum exempla praebent. Diu tenuit Vading. 1210. n. 20.
 colloquium, & ipsi, hora prandendi pra-
 terlapsa, fatigati in deserto substituerunt,
 peni-